UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S. Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps || Elector, &c.

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Caput Duodecimum. De viro Nobili à morbo caduco liberato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

Visual Library

A

Caput Duodecimum.

De viro Nobili à morbo caduco liberato.

Nobilis à morbo caduco liberatur.

HENRICVS de Calenmunt, vir nobilis, cùm diu vexatus eſſet morbo comitiali, die quodam in ſacello ſtans, & de miraculis beati ENGELBERTI cogitans, humi ſe proſtrauit, crebróque rogauit ſanctum martyrem, vt à Domino ſanitatem ſibi impetraret. Inde ſurgens, ſenſit inſolitam quandam corporis alleuationem, ita vt deinceps vſque in præſens, nihil ab illo morbo moleſtiæ acceperit. B

Notatio ad Caput Duodecimum.

Kalenmũt. Putzfeld.

KAlemunt quod appellat manuſcrip. domicilium eſt nobile Putzfeldiorum haud procul Steinfeldia.

Caput Decimum tertium.

C

De Paralytico curato.

Paralytici curatio.

HOMO paralyticus cùm ad ſepulchrum eius duabus ferè horis oraſſet, & martyrem attentiſſimè deprecatus eſſet, relictis illic ſcipionibus, quibus aduenerat, ſuis pedibus lætus abſceſſit.

Notatio ad Caput Decimum tertium.

Hoingen.

EX manuſcrip. diſcimus hominem hunc fuiſſe ex Hoingen. Hoingen autem pagus eſt ſatrapiæ Hilchrodanæ non longè à Knechſtadienſi Abbatia ſitus. Niſi fortè ſit vicus D Rheno incumbens ſub Argenfelſio Comitum Iſenburgicorum. Verum is non Hoingen ſed Hoeningen appellatur. Manuſcrip. Monaſterienſis ex Eifflia dicit. *Homo quidam ex Hegen.*

Caput Decimum quartum.

De Sacerdote diebus quindecim cæco & poſtmodum reſtituto.

SACER-